



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**


**VD18 90197089**

Dominica IV. post Pentecost.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

Gaudium de remisso peccato, seu Reversionis ad Deum.

THESIS X. Peccatores recipit. *Misericordia Divinae abusus.*  
Luc. 15. v. 2. I. Nemo majorem causam habet Justitiam Divinam timendi, eò, qui abutitur Misericordia Dei, An oculus tuus nequam est, quia ego bonus? II. Nemo majorem rationem habet sperandi de Divina Misericordia, quam qui vitam suam ad normam Justitiæ Divinæ instituit, ac ordinat.  
*Chappuis S. J. in Medit. 7. Sept.*



# DOMINICA IV. post PENTECOST.

THESIS I. *Faciam vos fieri Pisces piscator.*  
*tores.* Matth. 4. v. 19. Triplex genus Piscatorum reperire est. I. *In Aere*, scilicet illæ *Aves*, quæ circa fluenta & aquas volitant piscibus insidiantes, ac propterea à Germanis piscatores appellantur; atque hi sunt *Invidi*. II. *In Terra*, scilicet *Homines*, qui piscationi indulgent, atque hi sunt, qui commodo suo student, ac inhiant.  
III.

III. *In Aqua*, scilicet magni *Pisces* que  
venantur minores, & devorant, atque  
hi sunt falsi fratres.

*Bonitas  
Dei.*

THESIS II. *Rogavit eum.* Luc.  
5. v. 3. Rogat Petrum, qui jubere po-  
test: Rogat nempe Deus nos I. *Dis-*  
*simulando*: Dissimulas peccata hominum  
propter Pœnitentiam. Sap. II. *Pro-*  
*mittendo*: III. *Benefaciendo*.

*Damna  
peccati.*

THESIS III. *Homo peccator.* Luc.  
5. v. 8. Quanta sibi mala procurat.  
I. Deum suum hostem facit. II. *Dis-*  
*simulando* gratiam omnem amittit.  
Omne genus miseriarum ultro sibi ac-  
cercit. IV. Cœlum in omnes æterni-  
tates perdit. V. In sempiternos Infe-  
rorum rogos se præcipitat. *Vide sup-*  
*rà apud Drexelium de Damnatorum Rog-*  
*is c. 14.*

*Peccator.*

THESIS IV. *Per totam noctem la-*  
*borantes.* Luc. 5. v. 5. Tria sunt ne-  
cessaria ad conversionem Peccatorum  
& ad agendam Pœnitentiam plurimum  
conducentia. I. *Tempus* ad faciendam  
Pœnitentiam. II. *Gratia*, ut possit  
eam facere. III. *Voluntas*, ut velit.  
Hinc peccator, conversionem suam ad  
finem vitæ differens, rarissimè veram

git Pœnitentiam : quia I. non est certus de tempore. II. Multò minùs certus de Gratia. III. Longè incertissimus de sua libertate. Primum quidem, ut *Homo* : Secundum, ut *Peccator* : Tertium, ut *talis Peccator*, qui differt.

THESIS V. *Per totam noctem Nox laborantes.* Luc. 5. v. 5. Nihil capiunt I. Qui in *Nocte peccati*. II. Qui in *Nocte sæculi hujus*. III. Qui in *Nocte mortis suæ* laborant. De quibus dici potest illud : *Venit Nox, quando nemo potest operari.* Joan. 9. v. 4.

THESIS VI. *Rogavit eum à terra Usura sancta, reducere pusillum.* Luc. 5. v. 3. Petrus, commodando navem suam Christo, commodum proprium, lucrumque suum, quod è navi suscipere potuisset, negligit, & ex hoc non solùm non perdit, quin ingens ex eo emolumentum capit tam Temporale, quàm Spirituale. I. *Temporale* quidem, quia ex tantam piscium capturam facit, ut duæ naves piscibus replerentur. II. *Spirituale* autem, quia ex Piscatore à Christo propterea factus est Apostolus.

THE-

*Deus liberalis.*

THESIS VII. *Ascendens in unam Navim, quæ erat Simonis. Luc. 5. v. 3.* Negotium Christianorum Usura. Terra nunquam sine Usura reddit, quæ accipit. Cicero lib. de Senectute. *In* etiam Deus; Pater hoc I. in Abrahamo qui propter desiderium offerendi filium suum, inter Nepotes censet Filium Dei. II. In Moysæ, qui Regnum Egypti dereliquerat (cùm esset Neptus regius electus) amore Justitiæ, frequentioris, meliorisque Gentis Regnum Deo accipit totum mundum ei, Philo l. 1. de Vita Moysi ait, subdens tanquam hæreditarium. III. In Petro qui Navim Piscatoriam Christo commodans à Christo Piscator hominum jam, non piscium est institutus. Alexander Pellegrinus in Paradoxis.

## DOMINICA V. post PENTECOST.

*Vita Christianorum.*

THESIS I. *Nisi abundaverit Justitia vestra &c. Matth. 5. v. 20.* Plinius ad Trajanum Imp. scribens de